I. T. F. G.

AVCTORITATE ET PERMISSIONE INCLITAE IVRECONSVLTORVM FACVLTATIS MAGNIFICORVM ET CONſultiſsimorum Virorum, Spectabilis Domini Decani, Seniorum Sac. Cæſ. Matt. à Conſilijs nec non totius ampliſsimi Iuriſperitorum Collegij: M. ANDREAS MVRNIVS I. V. Baccalaureus, & in Archigymnaſio Viennenſi Phyſices Profeſſor Ordinarius ſubiunctas Poſitiones, ex aſsignato ſibi à dicto Collegio, C. in pœnis de reg. Iur. in VI. deſumptas, cum appenſa Quæſtione, exercitij ergo, publicè diſputandas proponet.

I.

POEna ſecundum Vlpian. eſt, quæ aut vitam tollit, aut ſeruitutem affert, aut ciuitate priuat, aut exilium, aut coertionem comprehendit.

II.

IN his ſi delictum minus certum aut notum fuerit, benignior eſt interpretatio facienda.

III.

SI verò de criminis certitudine aut qualitate conſtiterit, nec contrarium apparebit, durius ſunt delinquentes puniendi.

IIII.

HInc pœna ei qui deliquiſſe probatur inflicta præſumitur eſſe.

V.

ET licet à Iudice in ſententia non fuerit expreſſa, pro expreſſa tamen haberi debet.

QVÆSTIO CIVILIS DESVMPTA EX LEGE item Mela. §. Si plures ff. ad legem Aquiliam.

V. Cum conſtet delictum, cuius plures auctores fuiſſe creduntur, vnus ſolum ex ipſis, aut omnes Puniri debeant.

DISPVTABVNTVR IN EODEM IVRISconſultorum Collegio 22. Martij hora prima pomeridiana, Anno 1584.

VIENNE AVSTRIÆ, Excudebat Leonhardus Naſsingerus.

Anno cIↄ. Iↄ. LXXXIIII.